



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 46. Antonius Franciscus San-Vitalis Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](#)

Evo-
onta-
erium
odum
gilan-
mple-
auf-
pop-
lib-
pre-
is fut-
ublica
li di-
mpis
edulo
s in-
frus,
spe-
ditit,
quam
e me-
Maij
cipue
nt pie-
pabat
istam
que
Italia

Sæc. XVIII.
A.C. 1714.

§. XLVI.

*Antonius Franciscus San - Vitalis
Cardinalis mortuus.*

Hunc eadem mortis necessitate seque- *Vit. Card.*
batur Antonius Franciscus San- *t. 1. p. 193.*
Vitalis patria Parmensis. Hic Majo- *Guarnac.*
rum toga & sago præstantissimorum *Vit. Pontif.*
vestigiis pressे insistens, optimam in- *t. 2. p. 154.*
dolem pietate, ac ingenii aciem altio-
ribus disciplinis mire excoluit, & in
Parmensi Athenæo Jurisprudentiæ lau-
ream emeruit. Sacerdotio initiatum,
Saladinus tum Parmensis Episcopus,
qui integerrimam vitæ rationem ac æ-
tate superiorem prudentiam in hoc ju-
vene summopere admiratus, eum in
maxime arduis suæ Diæcessis negotiis
Consiliarium adhibuit, & Synodalem
examinatorem, necnon librorum censo-
rem esse jussit. Magis adhuc proficiendi
desiderio incitatus Antonius, Germa-
niā & Italiam perlustratus est, sua-
que obsequia Ecclesiæ dicandi studio
Romam contendit, ubi ab Innocen-
tio XII. Romanis Prælatis aggregatus,
utriusque *Signaturæ*, ut vocant, Refe-
rendarius & S. Officii Consultor renun-
tiabatur: Non minus hujus Viri merita
erant cognita Clementi XI. a quo Va-
ticanæ Ecclesiæ Canonicatu, Avenio-
nentis

Sæc. XVIII. nensis Pro-Legati, & Florentini Nun-
A. C. 1714. tii dignitate, aliisque honoribus au-
gebatur: anno tamen Florentiis vix ex-
acto, ut ad majora proveheretur, Ro-
mam revocatus, Pontificio cubiculo
præfectus dicebatur, intima familiar-
tate usus doctissimi Patris Querini Be-
nedittini, a quo etiam in Græco idio-
mate institutus est. Postea Urbinatis
Episcopatui admotus ac Purpura de-
coratus, ad suam Diæcesin revertie-
tur. Seligebat ipsum præ ceteris Pon-
tifex, ut tanquam Legatus a Latere
ad Philippi V. Regis Sponsam Bene-
dictionem Pontificiam deferret, eique
regale connubium Pontificis nomine
gratularetur, quem tamen honorem
humilis Vir recusabat, eumque Goz-
zadino Cardinali cedebat. Paulopost
gravi morbo oppressus, die decima se-
ptima Decembris anno ætatis quinqua-
gesimo quarto Urbini naturæ debitum
solvit, ibidem in Ecclesia majori hono-
rifice sepultus. Adjectus erat quinque
S. Congregationibus, in quibus se Præ-
fulem eruditione, prudentia, integri-
tate, tantisque præclaris dotibus in-
structum exhibuit, ut omnium suffragio
Pontificia Tiara dignissimus haberetur.

C. XLVII.